



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

Ad Fridericum Honingum Arensbergensem, ...In Effigiem Christophori  
Bernardi Episcopi et Principis Monasteriensis, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

AD  
FRIDERICUM HONINGUM  
ARENSBERGENSEM,  
ORD. PRÆMONSTR. CANONICUM,  
*Cal. Januariis, An. M. DC. XLIX.*

**J**ANUS adest, sed munus abest: tamen urget amanti  
Debita ferre tibi munera gratus amor.  
Quid faciam, FRIDERICE? tibi si dona merenti  
Musa negat, nostrum cor tibi donat amor.

IN EFFIGIEM  
CHRISTOPHORI BERNARDI  
EPISCOPI ET PRINCIPIS MONASTERIENSIS,

*Penicillo Theodori Caspari Lib. Baronis de Furstenberg, Canonici  
Moguntini & Spirensis, eleganter depictam.*

**P**RINCIPIS ora vides BERNARDI, fortibus  
armis  
Victorem supplex quem Mimigarda colit:  
Thrax timuit: nec adhuc impune laccessit ullus:  
Scit Batavus. Martem frons generosa refert.  
Nec minor est pietas: immo pius arma tuenda  
Pro patria, & vera religione gerit.